



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quem suscepit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

VERSUS 4:

Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.

et in que sit lectio. Facilius tamen error in Græcam incidere potuit. Quod pauciora mutanda fuerint, m. s. m. p. pro his d. o. u. s.

QVÆSTIO VIII.

Quæ humilitas?

§. 1. Inter duas interpretationes quarum altera τῶν ἁποστόλων, altera vero ταπεινῶσι appellat, illa eligenda est, quæ vilitatem, seu humilem conditionem interpretatur. Neque enim humilitatem cautionem beneficiorum indicat, sed Deum respexisse ait suam vilitatem, eamque exaltasse.

§. 2. Ex hoc ἡμεῖς ἴδωμεν, non tantum Elisabeth, sed omne hominum genus; non modo credentium, sed etiam incredulorum. Ex humilitate eius suâ admirabiliorē ostendit Dei potentiam, cum enim humiles miseri habeantur, Deus eam gloriosam efficit. Hinc nos eam beatam, benedictam dicimus, sumus enim in ea gente, quæ eam beatam dicet. Ideo vero, quia fecit illi Deus magna, μεγαλῆα magnalia, ἡλιθιοὶ ἡμεῖς. Inuictum argumentum pro nobis, qui salutem illam dicimus, & contra eos qui nos dicere eam vetant. Beatam nos dicimus, & illa futurum prædixit ut beatam se diceremus, & prophetando institutum nostrum approbavit.

QVÆSTIO IX.

Quomodo dispersit superbos?

§. 1. Διὰ τὴν ἐπιπέσει τῶν ἀπειρηθῶντες ἀγαθῶν καρδίας αὐτῶν. Communis, & quæ prima fronte occurrit expositio est, Deum illos, qui intimi cordis cogitationibus superbiebant dispersisse, eorum consilia in nihilum redigisse ut spargi solet pulvis a facie venti. Alia est; Deum visum ἀγαθῶν cordis, hoc est, cogitationibus, & machinationibus improborum, per illas ipsas cogitationes eos perdidisse. Alia est. Deum sua propria ἀγαθῶν improbos dispersisse, vbi lectum fuit pro αὐτῶν reciprocam αἰνέσιν. Primus retinendus est modus.

VERSUS 54.

Suscipit Israel puerum suum recordatus misericordie suæ.

QVÆSTIO I.

Quem suscepit?

§. 1. Deus suscepit Israelæm puerum suum, ita populum appellat Osee II. 1. Recordatus misericordie hoc est vt recordaretur μνησθῆναι, vt eam delectaret. Locutus est autem omnibus mundi gratiosus. Adamo Genes. 2. cum promitteret Saltiatorem. Abrahamo Genes. 12. 3. 15. 3. 17. & 19. Dauidi clarissimè, & multis modis sequentibus. Græcè commutantur casus, ad Patres, deinde τῶν ἀβελγητῶν, quod Latinus imitatus est. Mansit autem Matia vsque ad partum Elisabethæ, qui tres mentes aberat. Qui enim eam ante partum abscidisse voluit, quod vel non solerent Hebrææ Virgines adesse patientibus, vel non decuerit Dei matrem adesse cognatæ humana lege patienti, non intelligunt, eam charitatem solitam exhiberi cognatis, nec inde corè Virginem adfuisse Elisabethæ patienti, cum Christus venisset, pro natis moriturus.

QVÆSTIO I.

Quo Canticum Zachariae tendit?

§. 1. Cum venissent domum circumcidere puerum, & nomen imposuissent; apertum est os eius. vers. 46. Proprie autem prophetauit, dum canit, erectum cornu salutis; & tu puer Propheta, &c. Summa est, Deo laudem dicere, qui Israelæm redemerit.

Zacharias proprie Propheta dicens.

§. 2. Visitasse dicit, quia beneficia contulit, Psal. 8. 5. Alioqui est etiam visitatio punientis. Exod. 20. 3. & 32. 34. Redemptionem factam ait more prophetatum, quia adeo certa erat, ac si facta esset: cum igitur de illa vt facta veteres Propheta locuti sint, quali præterita, meliøre iure Zacharias tempora commutat, cum iam inchoatum videret.

Redemptio certa quasi facta recensetur.

§. 3. Cornu vt est potentie symbolum, ita in scripturis potentiam, roburq; significat. Psal. 43. 6. 148. 14. Itaque Deus eriget potentiam, inquit, suam, & exeret celestes vires ad salutem procurandam.

Cornu regnum.

Significat etiam Regem, seu regnum in Daniele frequenter. & Psal. 131. 17. Itaque iam erigit regnum Dauidicum: non quale olim fuit, sed quale futurum Deus illi prædixit.

Cornu autem salutis, est potentia, seu regnum salutans; quale solum est regnum Christi: De quo dixi Isaiæ 5. in hæc verba: in Cornu filio olei.

Regnum Christi salutare.

§. 4. Cornu illud salutis interpretatur: v. 71. Salutem ex inimicis nostris; est enim figura appositionis. Erexit cornu, quod est salus nostra. Aut sanè, siue salutem cum cornu coniungas, siue separas, constat, ad verbum erexit referendum esse.

Ex spiritibus inimicis liberans.

Liberationem intelligit de inimicis spiritualibus, qui iter ad salutem impediabant, siue demones, siue homines essent. Non enim, cum ex Spiritu sancto loqueretur, intelligi aliter debuit, ac potuit. Non enim Messiam mundana potentia clara imaginabatur. Imo hinc certo statuendum Isaiam, Ezechielem, aliosq; non more Iudaico intelligendos cap. 19. 20. & 36. 18. & 37. 32. Ier. 15. 20. Malach. 6. 4. sed de regno spirituali. Misericordia vero Patribus exhibita, quod Christum quem promisit olim, dedit, nec amplius distulit.

QVÆSTIO II.

Quod iusiurandum?

§. 1. Genes. 22. 16. 17. 18. Deus iurauit Abraham. Sic est de verbo difficultas; ait enim ὅρκον iusiurandum accufandi casu. Hinc alii maluit legere ὄρκος, vt regatur a verbo μνησθῆναι. Alii aiunt idem verbum accufatiuū habere. Alii subaudiunt κατὰ, secundum. Quidam ad verbum ὄρκου referunt. Alii appositionem putant, vt ad misericordiam faciendam, quæ misericordia est iusiurandum.

erexit.

Ceteræ sententiæ probabiles sunt: quæ corrigunt contra omnes editiones, & auctores, abicienda est, & quæ ad ὄρκου refert, nimis dura est.

Malò referre ad superius verbum Erexit. L. ait erexit se cornu v. 69. Id explicat v. 71. Erexit salutem, & 73. Erexit iusiurandum; causam enim non in alicuius merita, sed Dei promissionem refert.

Causa salutis misericordie.